



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

Quid sit illud vnitum, quod Christus d[omi]nus necessarium esse disseruit.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

per causas ac occasiones abscindat, atque  
in vniuersis circumspicte, solcite ac timorate  
habeat: confestim arescet: & qui a spiritali fer-  
uore incepit, in carne: aut certe in ampliori puri-  
tate, consummabit. Quonia itaq; omnis nō prole-  
ctus ex gratia dei tanq̄ a fonte dependet, indefi-  
nenter implorandus est deus: quatenus gratia  
am menti nostræ infundat, eamque conseruet &  
augeat: & data quoq; gratia diligentissime co-  
stodienda, nec per inanē cordis effusionē disper-  
dat: et negligētiæ ac ingratitude ania rea fiat.

Ois pro-  
fectus a  
dei ē grā

Quid sit illud vnum, quod Christus domi-  
nus necessarium esse disseruit. Art. III.

VOD optimum est, & deo amplius in-  
nobis placens: hoc vtiq; summe neces-  
sarium est. Quid autem sit hoc, si inqu-  
ras: responsiō diuersis modis, varijsque  
nominibus, reddi potest. Verumtamen  
in re ipsa vna est. Responderi quippe potest, quod  
charitas sit vnum, quod saluator necessarium exi-  
xit. Rursus dici potest, quod puritas mentis, seu  
contemplatio dei, sit hoc vnum. Sed omnia hoc  
rem vnam insinuant. Certum est enim id quod  
summa atque finalis animæ perfectio est, id vnum  
esse quod necessarium est. Charitas autem, seu  
cordis mundicia, & contemplatio dei, vltima  
hominis perfectio est. Vera nempe charitas puri-  
tatem quæ sit onum excessus excludit, & sine contemplatione  
dilecti esse nequit. Ideoq; vnumquodq; trium ho-  
rum alia duo complectitur. Nuda enim & im-  
mis diuinorū agnitio, contemplatio dicenda nō  
est: sed agnitio charitate formata, & cū affectu  
inflammans, ipsa est contemplatio. Sic ergo cha-  
ritas contemplationem, & contemplatio chari-  
tatem

Luc. 10

Sūma ho-  
mis pfe-  
ctio q̄ sit

in re ipsa vna est. Responderi quippe potest, quod  
charitas sit vnum, quod saluator necessarium exi-  
xit. Rursus dici potest, quod puritas mentis, seu  
contemplatio dei, sit hoc vnum. Sed omnia hoc  
rem vnam insinuant. Certum est enim id quod  
summa atque finalis animæ perfectio est, id vnum  
esse quod necessarium est. Charitas autem, seu  
cordis mundicia, & contemplatio dei, vltima  
hominis perfectio est. Vera nempe charitas puri-  
tatem quæ sit onum excessus excludit, & sine contemplatione  
dilecti esse nequit. Ideoq; vnumquodq; trium ho-  
rum alia duo complectitur. Nuda enim & im-  
mis diuinorū agnitio, contemplatio dicenda nō  
est: sed agnitio charitate formata, & cū affectu  
inflammans, ipsa est contemplatio. Sic ergo cha-  
ritas contemplationem, & contemplatio chari-  
tatem



tatem complectitur: neque possibile est, vnum si  
ne altero esse. Sed nec possibile est, aliquod horū  
adesse: si non fuerit mens ipsa a passionibus inor-  
dinatis expers, & a peccato immunis: non sic ut  
omnes passiones prorsus euicerit, et ab omni cul-  
pa libera sit: sed quoniam quo passiones magis  
refrenat, & ab omni offensa sollicitius cauet: eo  
delectationi & contemplationi aptior fiat. Por-  
ro si in mortali peccato sit, & passionibus serui-  
at: neque contemplatur, nec diligit: quia in gra-  
tia non est, sine qua nec contemplatio, nec dile-  
ctio adest. Itaque hoc vnum quod necessarium  
est, existimet virtutum zelator, non aliud esse, q̄  
cordis mundiciam. Sed & deus, qui omnis boni  
principium est & finis, hoc vnum quod necessa-  
rium est rite cēsetur, tanquam obiectale bonum. Luc. 10?  
Cordis vero mundicia, vt formalis perfectio, &  
intrinsicus finis, per quem deo anima vnitur, ad  
hæret, & in immenso, æternoque bono contenta  
redditur atque quiescit: segregata a multis, & in  
vno confixa.

Quod vniuersa mētis nostræ intentio, atq̄  
propositum, in consideratione ac desiderio  
huius vnius figi debeat. Art. IIII.



**V**Oniam igitur mens humana se-  
cūdam naturā tam mobilis est, atq̄  
instabilis: a contemplatione & amo-  
re huius vnius, quod necessariū est,  
subito cadit: nec in eo diu fixa exi-  
stit. Propterea id ei optimum est, si  
in vno stabiliri debet, vt hoc vnum firmiter ac  
indelebiliē cordi atq̄ affectui suo imprimat: &  
ad ip̄m cuncta, q̄ agit & patit, referat: & oē suū  
exercitiū ad ip̄m coordinet: quatenus dū se aīa

a n̄ ab